

quæ crassarū, licet eadē amborū vigeat facultas. Nec subiecti tenuitas obfistit. Talis est, & tanta, quæ illi agitando calori suffectura naturæ videbatur: tenuior quidem totius compositi respectu: præfenti tamen viuido calori plus quàm sufficiens: facilè quidem in auras abire potis, sed cohibetur, vt suo loco inferius dicemus. Ciborum apparatus omni nos cura hac parte exoluit. Docet Hippocrates in varias species, spirituosas, solidas, liquidas transformari. Testatur experientia Chymicis subtilitatibus ad eam tenuitatem redigi, vt sublatis partibus inutilibus, quod reliquum est, in corporis regiones omnes distractum, minori cum labore succumbat, & ab afflicto licet calore, in carneam substantiam commutetur. Quod si nutriendi facultati, τῆ δὲ ἰσχυροῦς τῆς τροφῆς, non obfuerit tenuitas partium, an illa purgandi virtuti incommodabit? Quærentur speciosa somnia: sed ὄναρ, ἐχὺπαρ. An ergo malè Theodorus Zuingerus, in mixtis corporibus, ad vsum hominum, siue alimentarium, siue medicum traducendis, triplex hocce genus alimentorum,

*Cibus quantumuis tenuis, non amittit vires suas.*

*De Alimentis aphor. 32.*

*De qua aphor. 4. de alimentis.*

*Ibidem.*